


EMBLEMA X.
SCEPTRUM PRÆSTABILE.



*Imperii Rodolphus ovans sumebat habenas
Cingebatque suum clara Corona caput.
Hinc deerat Sceprum, properant in Sceptrum Ministri;
Ex Araque Crucem fervidus ipse rapiit.
Hæc Mosis gemmas protudit virga sacratas:
Quam bene cui Sceprum Crux erit; ille reget.*

COMMENTARIUS.



Cœ iterum Rodolphus: *Et est mibi sèpè vocandus ad parteis* (a). Cum virtutes, quibus enituit, numquam non Principibus usui, & exemplo esse possint, & Deo ita placuisse videantur, ut in earum humanarum præmium Augustæ (ut diximus) Domus Austriacæ extiterit Conditor, & præclaram hactenus Comitum Hasburgiensium famam, non solum firmaverit, sed ad Imperiale dignitatem, quā per tot secula conservat, evererit.

2 Qui Honor (ut hoc obiter animadvertam) quodammodo Hispania nostræ debetur, cum Rex ejus Alfonso, cognomento *Sapiens*, prius in idem ipsum Imperium electus, & ascitus fuerit, & ob ejusdem demum renuntiationem, locus Rodolpho factus, ut Hieronymus Gebuilemrus, Wolphagus Latzius, Michael Eitzingerus, Heuterius, Belforestus, Rosierius, Guillemanus, & alii historiæ Augste, & Domus Austriacæ, Scriptores observant, & novissimè ille, qui librum melioris Liliæ Gallici, sive de vita Sancti Regis Ludovici, Italo sermone conscripsit, ubi sic habet: *Ecede la dignità in Ridolfo Conte de Auspurg; beneficio da cui riscosse credito, poi che la grandeza de tanti Coronæ Imperiali come la pietà di Ridolfo ha meritato dimettere nella sua Augstissima Casa de Austria, sono venute ad essere honore de la descendenza de lo stesso Re Alfonso.*

3 Fuit autem (secundum eosdem) Rodophi electio facta in die Divi Michaelis III. kalend. Octob. anno Domini M.CC.LXXXIII. & Coronatio apud Aquisgranum in die D. Lucae ejusdem anni.

In

(a) Juven. Satyr. 4. in principio.

In qua, *ut post alios tradit* Nicolaus Vernalius (b), cum Imperii Diadema susciperet, Sceprumque in promptu non esset, interim dum à Ministris apparabatur, Crucem ex aris arripiens, dignam se vocem edidit: *Hoc Signum est, quo genus hominum, & Nos redempti sumus, hoc Ego Scep- tro in omnes mibi, & meo Imperio infidos utar.* Quod semper, & passionem Christi, quæ in eo repräsentatur, religiosissimè venerabatur; adeò, ut, testes Cuspinius (c), in sexta Feria, quæ dies est Veneris, Passioni Christi dicatus, cum hoste manum conserere consuevit, volunque Deo fecerit, si victoria contra Othocarum Bohemicæ Regem potiretur, sese in honorem Sanctæ Crucis, novum extructum Cœnobium, prout insigni, & ferè miraculosa victoria potitus, se reum voti agnoscens in Tulna Austriae oppido, Monialibus (quod hodie durat) sub titulo Sanctæ Crucis, & in ejus honorem extrivit, & amplius donariis, censibusdotavit. Sic nobis ad præsens Emblema confidendum occasionem præstans; & Posteris suis, reliquaque Christianis Principibus exemplum, & documentum, ut intelligent, nullum Sceprum excellentius, præstabiliusque esse posse, quād quod in cruce Christi firmatur, & ad veram ejusdem imitationem, & Religionem dirigitur.

4 Est etenim, & esse debet omnis Christi actio nostra institutio, omniumque Regnum, & Consiliorum gubernaculum lex divina, ut benè monuit Divus Cyprianus (d), & juxta doctrinam D. Paulini (e), Christus Christique Crux,

*Ipsa pietas, ipsa Justitia est.
Hic veritatis lumen est, vite via;
Sol æquitatis, Fons honorum, Flos Dei.
Et argumentum mutuum est
Pietatis esse Christianum, & impii,
Non esse Christo subditum.*

5 Quem locum referens Albanus Spinasatus (f) addit, quod Socrati ferunt ab Indo quodam affirmatum, vix quemquam res humanas posse pernoscere, qui non apprimè conjunctam divinam quoque notionem, & venerationem habeat. Unde non in Sacris solùm, sed & profanis in legibus habemus, insanos, & hellebore dignos, censendos esse, qui non ritè divinis sunt initiatiti, & mancipati,

*Quid enim tenere bonum, aut verum queant,
Qui non tenent summe caput,
Veri, bonique fontem & fontem Deum,
Quem nemo nisi in Christo videt?*

Vel qui aureum illud præceptum Synesii (g) rectè cum nostro Rodolpho non percipiunt, *Pietas primum subternatur fulcrum & crepidu*, cū firmiter insistat stabiis imago Imperii.

6 Idemque ipsum agnoscentes Theodosius, & Valentinianus (h), Imperatores, non solùm sibi, verum & suis in Imperio successoribus, hoc veræ Religionis tuendæ, & sequendæ præceptum, potius quād consilium, his verbis injungunt: *Inter ceteras solicitudines, quas amor publicus pervigili cogitatione nobis induxit, præcipuum Imperatorie Majestatis curam esse perspicuum vere Religionis indaginem, cuius si cultum tenere poterimus, iter prospexit humanis aperimus incapsit.* Quod usu longæ ætatis experti, pia mentis arbitrio, ad posteros usque, perennitatis jure fundare decrevimus ceremonias sanctitatis, &c. Qua cum lege, illa altera Constantii (i) Imperatoris consentit, ubi ita signanter scripsi: *Gaudere, & gloriari ex Fide semper volumus, scientes magis Religionibus, quād officiis, & labore corporis, & sudore, nostram Rempublicam contineri.* Neque abest alia Justiniani (k), quæ in eodem studio sui Imperii munimentum constitut, sic inquiens: *Nos omni providentia Curam Ecclesiarum gerimus, per quas, & Imperium nostrum sustineri, & publicas res per clementiam Dei, ac gratiam muniri existimamus.* Ad quas leges veluti respiciens Augustissimus, & Religiosissimus Rex, ac Dominus Noster Philipus IV. quem Deus in commune totius Christianæ Reip. bonum Nobis per plures annos incolumen servet, in gravi, ac pi illo Decreto, cuius in Epistola Dedicatoria mentionem feci, dum suis Consiliariis, & Magistratibus delictorum punitionem, & Divinæ legis præcism, & indispensabilem observationem injunxit, illa protestationem, semper menti tenendam, & aureis literis conscribendam, adjecit, *Pues mas quiero perder todos mis Reinos juntos, guardandola, que recobrar quanto se ha perdido, si ha de ser con riesgo de pisar la raya de los Divinos Preceptos.*

7 Sed quid miremur si Christiani ita senserint vel censuerint Principes, cum & Ethnici, li-

(b) Vernal. in lib. de virtut. Dom. Aust. cap. 2.

(i) Novella Theod. & Valen. sub tit. de Judeis.

(c) Cusp. in Rodolf.

(j) Const. Imper. in l. in qualibet, C. de sacrosancti.

(d) D. Cyprian. in epist.

(k) Eccles. in Theod.

(e) D. Paulin. in Poemat. pag. mibi 471.

(l) Justin. Imper. in Novell. 42. de Episc. & Cleric.

(f) Spinas. in Polit. lib. 2. cap. 1.

(m) Item habetur in epist. inter Claras, rive l. 3. C. de

(g) Synesius in Orat. de Regn.

summ. Trinit. & Fid. Cathol.

cet falsis Numinibus dediti, in eorumdem quoque cultu, totam suam felicitatem collocasse legenduntur. Etenim sic de Gracis Aristoteles (m) habet: *Deinde, quod & consentaneum sit, Deos immortales benevolentiores esse in eos, qui maximè illos collunt.* Et de Romanis Livius: (n) *Omnia prospera eveniunt coelentibus Deos, adversa, sphenibus.* Et melius Valerius Maximus (o), qui incrementa Imperii ipsorum, ob hanc Religionis, vel in parvis curam, contigisse, sic docet: *Non mirum igitur, si pro eo Imperio augendo, custodiendoque pertinax Deorum indulgentia semper excubuit, quod tam scrupulosa cura, parvula quoque momenta Religionis examinare videretur.*

8 Et apud Dionysium Halicarn. (p) legimus, Pythium oraculum, Dardano Consulenti de urbis, quam condere parabat, auspicis felicitibus, respondisse:

In urbe, quam conditis, Deo cultum incorruptum semper

Status, & observantia coles, sacrisque chorisque.

Nam dum haec veneranda in vestra regione fuerint

Dona Jovis virginis conjugis tue, ista urbs tibi

Fiet inexpugnabilis in perpetuum omnes dies.

9 Quod reapse semper impletum fuisse, Gentilium historiis omissis, qui vel Deam Vestam pro fulcimento Regnorū habebant, quod apud ipsos Religionis symbolum esset, ut ex Plutarcho (q) & Servio (r) colligatur; satis nobis Sacrae demonstrant, in quibus videmus, pro Deo, & vera Religione pugnantes, licet pauciores numero, numquam non de suis hostibus gloriosi triumphos reportasse, ut in Abrahamo, Moyse, Josue, Gedeone, Samuele, Davide, Ezechia, Josia, & Machabeis (s) animadverte licet, quorum in libro hac de causa sic dicitur: *Manu quādem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes prostraverunt non minus triginta quinque millia.*

10 Quod in lege etiam Gratiae contigisse, Magni Constantini victoriae contra Maxentium, Maximum, Licinum, & alios ostendunt. In quarum prima, Crucis signum cœlitus sibi apparuisse, Eusebius, & alii apud Baronium (t) testantur, hoc Elogio, repetitis vicibus, ac vocibus addito, *In hoc Signo vinces.* Magni etiam Theodosii, cuius insignis Pietas, & Religio promuerit, ut parva manu ingentes Eugenii Gallorum Regis, aliorumque Barbarorum copias fugaverit, non tam suis auspiciis, quam ope, & præsidio oborte tempestatis, ventis contra hostium aciem validè sevientibus, ut præter plures alios, eleganter Claudianus (u) ita scriptum reliquit:

Te propter gelidis Aquillo de monte procellis

Obruit adversa acies, revolutaque tela,

Vertit in Autores, & turbine repulit hastam;

O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris

Aëlus armatas hiemes, cui militat Aether,

Et conjurati veniant ad classica venti.

Hæc enim carmina de Theodosio, non de Honorio loqui, (ut aliqui iperperam putant) bene, post D. Augustinum (x), Crinitus (y), & Baronius (z) animadverunt: licet verum sit, vel ipso Augustino (a) testante, eundem etiam Honorium, qui planè Catholicus fuit, & Romano Pontifici addictissimus, cum pro eo dimicaret, supra centum millia hostium uno prælio prostrasse, & Regem cum filiis captum, & occisum vidisse.

11 De Theodosio quoque Juniore scribit Socrates (b), quod cum adversus Persas bellum gereret, Angeli Dei Iusu, pro eo dimicarunt, Saracenosque turbarunt, & circiter centum millia, eorum in Euprate submerserunt.

12 Possemque plura alia hac in rem exempla referre, quæ apud alios (c) obvia sunt, nisi hec de externis sufficerem, & tot tantaque interna nostra in Hispania legantur, in bellis, quæ *De las Navas de Tolosa, De Clavijo, De Simancas, Del Salado, & aliis quam multis contra Mauros susceptis, & felicissimè sub auspiciis D. Mariae Virginis, & B. Patroni nostri Jacobi Zebedæi (d) triumphatis;* quæ satis aperiunt, quam verè D. Paulus dicere potuerit, *Qui enim per fidem devicerunt Regna, bi fortis falli sunt, castra verterunt exterorum;* & Ambrosius Marlianus (e), postquam hoc idem argumentum latè duobus capitibus pressit, hisce illa distichis claudere.

Principis aterni sacros venerare Ministros,

Tunc tibi perpetuum cœlitus auxilium,

Quis colit Ecclesiæ felici navigat aura,

At qui contemnit, tendit ad exitium.

Quod

(m) Aristot. in lib. Rhet. ad Alexand. cap. 3.

(x) D. Aug. de Civit. Dei, lib. 5. cap. 36.

(n) Livius lib. 5. Decad. 1.

(y) Crinit. de Peet. Lat. cap. 84.

(o) Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. num. 8.

(z) Baron. ann. 394. pag. 686.

(p) Halicarn. lib. 1. ant. Rom.

(a) D. August. dīl. lib. 5. cap. 23.

(q) Plutarc. in lib. de fort. Rom.

(b) Socratis. lib. 7. Hist. Eccl. cap. 18.

(r) Servius, & alii in illud Virgil. 1. Æneid. Casta

(c) Joseph. Steph. in tract. de uni. Relig. cap. 17. Mar-

fides, & Vesta.

(d) Joseph. Steph. in tract. de uni. Relig. cap. 17. Mar-

(s) Machab. 15. 27.

(e) Mariana in Histor. Hispan. Saaved. in idem Polit.

(t) Euseb. Zonar. Niceph. Tripatt. & alii apud Baron.

(f) Mariana in Histor. Hispan. Saaved. in idem Polit.

(u) Claud. in Paneg. Honorii.

(g) Mariana in Histor. Hispan. Saaved. in idem Polit.

(v) Mariana in Histor. Hispan. Saaved. in idem Polit.

(h) Mariana in Histor. Hispan. Saaved. in idem Polit.

(i) Mariana in Histor. Hispan. Saaved. in idem Polit.

(j) Mariana in Histor. Hispan. Saaved. in idem Polit.

(k) Mariana in Histor. Hispan. Saaved. in idem Polit.

(l) Mariana in Histor. Hispan. Saaved. in idem Polit.

(m) Mariana in Histor. Hispan. Saaved. in idem Polit.

(n) Mariana in Histor. Hispan. Saaved. in idem Polit.

13 Quod non latuit Theodosium Magnum, qui parta Victoria, de qua modo loquuti sumus, in morbum delapsus, cum filiis imperium distribueret, eos veram Pietatem colerehortabatur, constanter asseverans: *Ea & Pacem conservari, bellum extingui; hostes in fugam verti, tropæa erigi, & vitoriam denique constare.* Non secus atque Jostie (f) etiam morti vicinus, suos, si in Dei Fide, & Religione perseverarent: *Nullus (dicens) vobis resistere poterit, unus & vobis persequetur mille viros, quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnavit.*

14 In quorum imitationem Rex Noster D. Philippus II. non minus Pius, quam Prudens, ut recolit Vernulejus (g), jamjam moriturus, hanc vocem ultimam, verè Christianam pronunciasse perhibetur: *Unum est, quod me merito reficit, & cujus sola contemplatione moriens oblector, quod in Catholica Fide, Majorumque Religione, quod in Catholica Ecclesia, quod in Supremi Romani Pontificis obedientia morior, & conquiesco.* Quæ vox similis est clausulae testamenti Joannis Samosci, Poloniae Maximi Cancellerii, quam merito valde laudat Joannes Woverius (b) Antuerpiensis, & Ego omnium Catholicorum testamentis inseri cuperem, qui cum se in Fide & Ecclesia Catholica vixisse, morique, testatum facere vellet, sic adjectit: *Illa nempe, illa, que non modo tot Regum, ac Principum, sed quod longè præclarus est, omnium Sanctorum communis Mater;* & in cuius gremio mori fælicius est, quam ab initio nasci, cum non nasci satius sit, quam in bac non mori.

15 His ergo monitis, & exemplis Principes animadvertant, quæ præmia Religiosos, & Christum sequentes, Christique Crucem pro Sceptro habentes, in hoc, & in alio seculo, maneant: & ex adverso, quot dama, quot miseras, qui ab hac orbita discedunt, incurant. Nam dum contra Religionem Catholicam, hæreses, & errores sequuntur, aut tutantur, sibi inobsequentes subditos experuntur; colluvient, & inundatione Regnis suis invehi vident, leges suas, & iudicia contemni, ditiones suas turbari, & tumultus bellicos in se oriiri.

16 Nequó ullo modo aures præbeant iis, qui in materia Religionis aliquam eisdem conniventiam, vel dissimulationem suadeant: nam cum hæc in aliis ferè omnibus humanis rebus criminis vacare non soleat, in his certè, quæ ad cultum Divinum, tranquillitatemque, & incolumentem Reipublicæ pertinent, summum, & inadmissible piaculum continent, & vel ipsis Regnis nocentissimum, quæ hoc medio pacari, vel conservari curatur. Cum Dei verbum deficerem non possit, quo, Isaia (i) ore, nos admonet: *Gentem, & Regnum, quod non servierit Deo, periturum, & quod gentes soliditudo vastabantur.*

17 Ideoque procul amandari debet Bodinus (k), Waremundus (l), Vurmserus, & hæretici alii (m), qui passim suis scriptis docere, & vociferari non desinunt, diversitatem Religionum, & Conscientiarum, quam vocant, Libertatem, Græcæ Autonomiam, in Regnis, & Rebus publicis conducibilem, & permisibilem esse. Quos contra, non minus piè, quam eleganter, plures alii ex Catholicis declamant, & exclamant, præsertim Fabius Albergatus (n), Justus Lips. (o), se, dum alicubi contrarium dixit, excusans, Nicolaus Vernulejus, & Magister Marquez (p), Catholicam Fidem, & Sanctæ Ecclesiæ unitatem, & veritatem asserentes, multisque rationibus, & exemplis validè propagnantes.

18 Inter qua digna notatu, relataque sunt illa, quæ ex historiis D. Ludovici Galliarum Regis, Godofredi Lotharingii, & Bullionis commemorat Lipsius (q). Et vice omnium esse potest piissimum illud, & nobilissimum Caroli V. qui vel ipsis hæreticis, alisque referentibus, apud Camillum Borrellum (r), cum saepius in Germania Conventibus super hac re habitis, de toleranda Autonomia rogatus fuisset, semper constanter respondit: *Decrevi omnino omnia Regna mea, imperium, Potestatus, Amicos meos, corpus & sanguinem, vitamque & animam meam expondere, quam talem licentiam dare, vel pati, ut pravum hoc inceptum proserpat ulterius.*

19 Et licet Andras Knichen (s), & Martinus Magerus (t), de hac pace, quam ipsi Religiosam vocant, agentes, asserere videantur, Imperatorem Ferdinandum I. Caroli fratrem, hanc sibi tolerantia formulam divinitus in mentem datum, crebris sermonibus ante obitum usurpasse. Ego tamen id credere nolo, cum Austriacum, Hispanumque sanguinem, sibi contrarium suggerentem, habuerit, & ignorare non posset, indignum uno sensu, atque uno ritu Deum coletere: qui sicut unus est, ita una Fides, & Religio esse debet.

20 Hocque præ oculis habuisse Sisebutum olim, & posteà Ferdinandum & Elisabetham suos Progenitores, qui ob eamdem causam Judaorum fecerunt, in suis Regnis non perisserunt. Prout

H nec

(f) Josue 13. & 20.
(g) Vernul. in Apol. progen. Aust. cap. 17. pag. 298.
(h) Woverius in gubern. Christ. lib. 2. pag. 171. & seqq.
(i) Isaia 50. 12.
(k) Rodin. lib. 3. de Repub. cap. 7.
(l) Warem. in tract. de fæder.
(m) Danacus lib. 3. Erib. Christ. cap. 7. Lips. in Polit. lib. 4. & alii apud Mager. de Advoc. arm. cap. 16. num. 593.
(n) Alberg. in Antibodino.
(o) Lips. lib. de una Relig.
(p) Marquez in gubern. Christ. lib. 2. pag. 171. & seqq.
(q) Lips. in monit. & exempl. lib. 1. cap. 2. num. 2.
(r) Borrell. de præst. Reg. Carib. cap. 42. num. 73.
(s) Knichen. de Sax. non prov. jur. cap. 2. num. 89.
(t) Mager. de Advoc. arm. dīl. cap. 16.

nec Maurorum reliquias ultimis hisce temporibus Piissimus Rex noster Philippus III. spretis dicitur, & aliis utilitatibus, quas ex eorumdem toleratione consequebantur, ut latius recoluntur. Omnes sane rectissime cum ejusmodi causis *Liberatores à Me* (u) alibi diligenter congesti. *Optat. Milev. relatu. & laudatu. ab Anton. Fab. in Juriprud. Papinian. pag.*

21 Unde etiam Ethnici hanc uniformitatem Religionis, vel primam, ac vetustissimam legem Imperii faciunt, ut ex Cicerone, & aliis (y) coligitur, & Mæcenas, quem refert Dion Cassius (z), hoc consilium Augusto dedit: *Deum semper, & ubique cole, ut moribus Patriis receptum est. Ad eundem cultum alios compelle, Peregrinarum verò Religionum Autores odio & suppicio prosequere.*

22 Quod consilium, in vim præcepti, in nostra Hispania Regibus injunctum fuit in sexto Concilio Toletano, jam inde ab anno Christi 638. ubi decernitur, ut quisquis succendentium temporum Regni apicem sortiretur, non ante Regiam Sedem concenderet, quām inter reliqua conditionum sacramenta polliceretur, nullum se, non Catholicum, permisurum in suo Regno datur. Si verò postquam ad Regni gubernacula accessisset, hujus ipse temerator existaret promissi, esset anathema in conspectu Sempiterni Dei, & pabulum efficeretur ignis aeterni.

23 Quō & respiciens D. Leo (a) Papa, tantum abesse ostendit à Regnorum quiete, & salute, hanc in Religione relaxationem, ut potius eamdem omnino turbet, atque pessumdet. Prout in Germania, & aliis Provinciis, nostris (heu) calamitosis, peccaminosique temporibus contingit videmus, in quibus, ut graviter refert ac dolet Warservicius (b), dum de Religione certatum, Regio; dum de cœlo, terra amissa est.

24 Nostri ergo Rodolphi exemplum Reges sequantur, illudque Optati Milevitani (c) in memoriam revocantes, sciant, *Et Religionem in Republica, & Rempublicam in Religione esse oportet. Et hanc quidem Catholicam, solam, ac solidam, ut pluribus docet Laſtantius Firmianus* (d), sic inquiens, & finiens: *Sola Catbolica Ecclesia est, que verum cultum retinet: Hic est Fons Veritatis: Hoc est Domicilium Fidei; Hoc Templum Dei: quō si quis non intraverit, vel à quo si quis exixerit, à spe vite, ac salutis alienus est.*

25 Quod sane nullo alio meliori modo consequi, firmiusque retinere valebunt, quām si Christi Crucis hærent, & innitantur, illamque pro Sceptro sui culminis, ut noster Rodolphus dixit, & fecit, semper habeant, & reverentur. Constantinum Imperatorem sequuti, qui in memoriam illius auxiliaris, sibi cœlius (ut diximus) demonstratae, eamdem postea super suam Coronam apposuit, & militari bus vexillis, que Labarū dicta fuerunt, affigi mandavit, ut plures passim Autores (e) testantur, eorum formam, & nominis causam, latissimè describentes.

26 Magnus quoque Theodosius bella initurus, nullum sibi ad hostium offensionem gladium, vel ad sui defensionem, scutum præstantius invenit, quām si una in manu Crucem, in alia librum Evangeliorum portaret, propter quam Pieratem, & Religionem tot victorias promuerit, & quod plus est, Divos Joannem & Philippum Apostolos sibi apparentes, atque ob eamdem in omnibus dirigentes, eo modo ac forma, que ex veteri numismate colligi potest, quam, & totum hoc, ultra alios, recenset Eminentissimus Cardinalis Baronius (f), quem pro multis citare sufficiet.

27 In quorum Magnorum Principum imitationem, alii subinde Reges, & Imperatores, tantum honoris, & reverentia Crucis tribuerunt, ut suas ipsi Coronas submisserint, multaque eadem pro Sceptro, etiam in triumphis, usi legantur, ut nostrum Rodolphum fecisse diximus, & alii suis Capitibus, & Imperatricum frontibus superposuerint, & in galles, in clypeis, in diadematis, vestibus, purpuris, Imperialibus globis, pectoribus, monetis, pluribusque aliis modis portaverint, seu insculpi fecerint, de quibus latè agunt Autores (g), qui de ea scripserunt. Inter quos Jacobus Bossius ostendit, multis etiam ante Constantium temporibus, in omnibus ferè Romanorum vexillis, & classibus, Crucis formam quodammodo adumbratam fuisse, & hinc haud mirandam esse eorumdem felicitatem, qua, licet causam ignorarent, tot mari, terraque victorias adepti fuerunt; atque orbem terrarum penè universum suo Imperio subegerunt.

28 Quamobrem, de impii Juliani Apostatae iniquitate, qui labarum corruperat, Christi nomine, & Crucis imagine, quam Constantinus addiderat, sublata merito queritur D. Gregorius

Na-

(u) *Ego 1. tom. de Ind. jur. lib. 2. cap. 17. ex num. 112. & cap. 19. ex num. 92.*

(x) *D. Ambros. lib. 2. epist. 7. Ego 2. tom. lib. 1. cap. 4. num. 122. & 123.*

(y) *Cicer. 2. de legibus. Halicarn. lib. 2. Polib. lib. 6.*

(z) *Dion. lib. 52.*

(a) *D. Leo epist. 26. & 31.*

(b) *Warserv. in parad. pag. 9.*

(c) *Optat. Milev. relatu. & laudatu. ab Anton. Fab. in Juriprud. Papinian. pag.*

(d) *Laſtant. Firmian. in Cath. institut.*

(e) *Lipsius de Cruce, lib. 3. cap. 15. Bossius ed. tract. lib. 6. cap. 13. Gyral. Dialog. 25. Roa sign. locor. lib. 1. cap. 14. Nost. Dom. D. Laur. de Prado in notis ad Lautprand. & alii passim, & novissimè Hiping. de jure insig. cap. 17. ex num. 351.*

(f) *Baron. ann. 394. num. 10.*

(g) *Lipsius de Cruce, Greuter. & Bossius eodem tract. Thom. Bozzius de sign. Eccles. Beyerling. in Th. lit. C. ex pag. 621. Marq. in Gubern. Christi. pag. 180. & 181. Camerar. 3. tom. subces. pag. 269. 274. & 275.*

Nazianzenus (b), sic inquiens: *Eoque audacia prorupit, ut adversus magnum vexillum illud præcepis ferretur, quod solvendorum laborum vim habet.*

29 Et ex adverso laudandus venit Jovinianus, qui eidem Apostata in Imperio successit, & Christianitatem renovavit, dum pro symbolo sumpsit, *Scopus vite meæ Christus*, ut Nicephorus (i), & Socrates (k), referunt. Et non minus Convallis XLVII. Scotorum Rex, qui, ut Leslaeus (l) refert, inter cetera sua pietatis signa per illustria, ad amorem Christi Crucifixi suorum animis inserendum, ejus Crucem in arcibus, oppidisque collocandam, studiosè curavit, sibique, quocumque iret, illam ex argento affabre factam, præferri voluit. Cui & equum ascensus, osculum suaviter imprimebat. Severo item editio prohibuit, nequis eam humili, ita ut pebis teri, conculariè posset, aut fingere, aut pingere auderet.

30 Quod ultimum, Civili quoque jure (m), & Regio nostro (n) Hispano stabilitum est. Primum verò illud, de Cruce ante se deferenda, solum in Romanis, & Metropolitanis Pontificibus mansit, & si antea, tam in nostra Hispania, quām alibi, moris fuisse, Cruces ante Principes, & Imperatores deferre, & Sacros (quos vocabant) eorum in alias urbes adventus, Crucibus, & Reliquiis Sacris excipere, cum Clero processionaliter procedente, ut late Gretserus (o), & alii (p) prosecuntur, & Guntherus (q) satis insinuat, dum de susceptione Friderici Imperatoris apud Heinenses agens, sic canit:

*Suo cum Prese Clelus,
Vestibus ornatis nitidis, pretiosa ferentes
Signa Crucis.*

31 Et expressius piissima, & leitu dignissima Sanctio (r) Regis Nostris Joannis hujus nominis I. ubi morem hunc deinceps aboleri, atque intercipi jubet, justius sanctiusque esse censens, Reges ipsos prius in Ecclesiam ad Crucem venerandam procedere, quām ab eadem Cruce præiri. In cuius sola gloria juxta D. Pauli (s) consilium, Christiani Reges gloriari debent Quod Marcus Antonius Muretus (t), præter alia de laude & triumpho Crucis elegantissimè decantata, sic exultit:

*Gentes nulla quibus notitia est Dei,
Armis, Imperio, prole superbiant:
Nobis, quies melior spiritus obtigit;
Sola est in Cruce gloria.*

31 Cujus etiam eximiam venerationem ostendere volentes Constantinopolitani, ut ex Europolata (u), & aliis Novarinus (x) observat, semper atque in publicum procedebant, in dextra Crucem ferre consuverunt, in sinistra verò involucrum quoddam mantilli ligatum, quod Nos Mortaja vocamus. Probo hoc nexus Crucis in dexstra, Regni verum, & proprium Sceptrum, (ut nostrum habet Emblema) verique Regis characterem ac notam significare volentes: Mantiliis autem in sinistra, quod cultor Crucis Imperator, rerum humanarum inconstantiam ob oculos habere debeat, humilemque animum induere, culminum instabilitatem mundanæque glorie vertiginem considerans, Crucem amans, Crucem ferens, sub Crucis vexillo militans, Christo Crucifixo vivens immoriensque.

32 Quod Gloriosis, & semper æquè Potentibus, ac Piis Hispaniæ nostræ Regibus pluribus suadere necessarium non est, cum tanta semper in obsequium Crucis Religione flagraverint ejusque imaginem à cœlo demissam pro stemmate, & pretiosiori Auri flamma, quām illa, de qua Galli tantopere gloriantur, jam inde ab antiquis temporibus, & ante Christum natum portare cœperint; & saepius sub gloriis ejusdem Crucis apparitionibus Pelagius Infans, Innicus Arista, Garsias Eximenius, Alfonsus Magnus, Alfonsus Castus, Alfonsus Lusitanus, Jacobus Aragonensis I. & præclarissimi alii Hispanorum exercituum Duces, insignes adversus Mauros, & alios infideles, variis temporibus, ac locis victorias consequuti fuerint.

33 In quibus omnibus sigillatim recensendis, non gravatae immorarer, nisi id jam diligissimè præstitisset, & gravissimis testimonis comprobasset. Noster Didacus Valdesius (y), & post eum novissimus Jacobus Bossius (z), ubi Crucis, qua Eximenio, & Arista apparuit, formam appingit. Qua, ut tandem cum Divo Ambrosio (a), & Justino (b) Martyre finiam, scinditur mare, terra colitur, cœlum regitur, homines conservantur, & præcipue Principatus ostenditur; Principiique in rectas actiones animus gubernatur, ut noster Ro-

(b) *Nazianz. in orat. contra Julian. Apotat.*

(i) *Niceph. lib. 10. cap. 39.*

(k) *Socrat. lib. 3. cap. 22.*

(l) *Leslaeus hist. Scot. lib. 4.*

(m) *L. unct. C. nemini libere sig. Salvat.*

(n) *L. 5. rit. 28. part. 7. l. 3. rit. 1. lib. 1. Recop.*

(o) *Gruter. de Cruce, lib. 2. cap. 31.*

(p) *Bejerl. in Th. lit. C. pag. 640.*

(q) *Gunth. in Liguri. lib.*

(r) *L. 7. rit. 1. lib. 1. Recop.*

(j) *D. Paulus ad Galat. 6. Nos autem gloriari, &c.*

(t) *Muret. in Hymn. 5. Crucis.*

(u) *Curopal. de offic. mag. Ec. Constan. cap. 6. num. 36.*

(x) *Novarin. in elect. sacris, lib. 2. ex cap. 9. pag. 194.*

(y) *Vald. de dig. Reg. Hipp. cap. 15. ex num. 15. cap. 16. ex num. 4.*

(z) *Bossius de Cruce, lib. 6. cap. 15. ex pag. 651.*

(a) *D. Ambros. de Cruc. Christi; serm. 56.*

(b) *Justin. in Apol. 2. pro Christian.*

dolphus suo facto ac dicto nos docuit, & ex Isaaci tipo super humerum ligna, quibus immolandus erat portantis, his elegantissimis verbis D. Augustinus exposuit: Quod verò Isaac ipse sibi ad immolandum ligna detulit, & in hoc Christum Dominum figuravit, qui ad locum passionis Crucem suam ipse portavit. De quo Mysterio multo ante diuum fuerat per Prophetam, & erit inquit Principatus ejus super bumerum ejus. Tunc enim Christus Principatus super bumerum ejus habuit, quando Crucem suam admirabilis humilitate portavit. Non incongruè Crux Christi significat Principatum; nam per ipsam & diabolos vincitur, & totus mundus ad Christi notitiam, vel gratiam revocatur.

34 Quod re ipsa impletum videmus, cum juxta D. Prosperi (*c*) Aquitanici observationem in libro de vocatione Gentium, quem aliqui eidem Augustino tribuunt: Gratia Christi non fuerit contenta eisdem limites habere, quos Roma, cum multis jam populos Sceptro Crucis illa subdiderit, quos armis suis ista non domuit, que tamen per Apostolicu Sacerdotii Principatum, amplior facta est arce Religionis, quam solo potestatis. Quod & iterum ipse Prosper (*d*) ultra plures alios, qui eamdem considerationem faciunt, his carminibus repetit:

Sedes Roma Petri, que Pastoralis honoris
Facta caput Mundi, quicquid non possidet armis,
Religione tenet.

35 Sit ergo primum & præcipuum Regum documentum, & fundamentum Religionem cole, Crucem venerari, & in ipsa sola gloriari, hoc enim, quicquid hæretici blaterent, eorum glorias, victoriasque non deprimit, sed sublimat, ut egregiis, & aureis planè verbis Divus Gregorius (*e*) admonuit Davidem Regem coram Domini Arca saltantem, exaltans, & hanc pietatem præ omnibus illius triumphis valde commendans.

36 Quo loco relato docte & piè, ad rem nostram, concludit Chilensis Episcopus (*f*): Nil tam Regale, perinde ac Religiosum esse. Statim tamen prudentissime admonens, ne Reges sibi blandiantur, quòd Christianam Fidem sequantur, atque defendant, vel etiam Christianissimorum, aut Catholicorum, Fidei & Defensorum, titulo gaudent, si & ipsi Christianè non vivant, Fidemque, quā profitantur, piis ac Christianis operibus, atque actionibus comitentur. Alioqui incident in reprehensionem, quam idem D. Gregorius (*g*) alio loco non minus eleganter subjungit, sic inquiens: Sed esse quidam negligunt, quod dici gloriantur: insequuntur moribus quod creditur venerantur. Quibus divino iudicio sæpe contigit, ut per hoc, quod nequiter vivunt, & illud perdant, quod salubriter credunt, & in illis illud Davidicum (*b*) implentur, Exinanite, exinanite Jerusalēm usque ad fundamentum in ea, Ec. Sicut enim supra fundatum fabrica, sic super Fidem opera construuntur. Usque ad fundamentum ergo exinanisse, est, everso benè vivendi opere, etiam robur Fidei dissipasse.

37 Cum quo loco mirè convenit ille alius D. Ambrosii (*i*), qui eodem exinanidi verbo usus, Sacerdotes admonet, ut suscepti munera memores, nomen quod habent, operibus implent, & actione potius, quam nomine demonstrarent, ut hoc modo: Nomen congruat actioni, actio respondeat nomini, ne sit nomen inane, & crimen immane. Neque ab ludit Cassiodorus (*k*), dom in simili ait: Sumpsiisti nomen ex meritis: Custodi ut semper leteris veritate vocabuli. Nam cum omnis appellatio ad declarandas res videatur imposita nimis absurdum est, portare nomen alienum, & aliud dic, quam possit in mortibus inventiri.

38 Unde quod in nostro Emblemate dicimus, Regum præstabilius Sceptrum Christi crucem esse, non solum de ea accipendum est (ut aliud agens dixit Maximus (*l*) Tyrius) in qua passionis tempore Christus peperit; sed quæ totius vita curriculo cunctarum disciplinarum virtutibus cooptatur, & pie vitæ propositum, secundum Evangelii (*m*) leges, tenet, & implet, in quo non solum Christi Crucem bajulare, sed ipsum Christum sequi de necessitate salutis jubemur. Et hæc verè est Crux, que à D. Damasceno (*n*) Clavis Paradisi vocatur, hæc infirmorum baculus, Pastorum virga, convertentium manuadūcio, proficentium perfidio, animæ solus & corporis, omnium malorum adversio, omnium bonorum datris, eorum Dux, pauperum consolatio, arbor resurrectionis, lignum vitæ æternæ, antiquique illius draconis, cuius virus totum humanum sanguinem infecit, elusio, & expiatio. Ut ita cum Prudentio (*o*) insultare illi licet:

O tortuosa serpens.
Qui mille per Meandros.
Fraudesque flexuosa
Agitas quieta corda.

Discede, Christus hic est,
Hic Christus est, liqueſce:
Signum, quod ipse nosti,
Damnat tuam cateroram.

EM-

(c) D. Pros. de vocat. Gent. lib. 2. cap. 16.

(d) Idem Pros. lib. de ingrati. Leo Papa, Eucher. Just. Mart. Beda, Baron. & alii apud Me. i. tom. lib. 1. cap. 14. ex num. 25. & lib. 2. cap. 21. ex num. 4.

(e) D. Greg. lib. 27. Moral. cap. 27.

(f) Episc. Chilensis. Villaruel in lib. Jud. cap. 9. num. 12. pag. 324.

(g) D. Gregor. lib. 25. Moral. cap. 10.

(h) David Psalm. 136. 7.

(i) D. Ambros. in lib. de dignit. Sacerd. cap. 3.

(k) Cassiod. lib. 8. epist. 18. optime Pelusiota, lib. 4. epist. 34.

(l) Maxim. Tyr. in serm. de Martyr.


(m) Matth. 10. Luc. 14.

(n) Damasc. lib. 4. & Cass. Psalm. 4.

(o) Prudent. in Hym. de Cruce.

EMBLEMA XI.

HOMINUM REGIMENT DEUS POSCIT.



Quis Grex? Sunt homines: Pastor? Cyllenius almus.

Hic pastus Numen postulat, atque decet.
Qui regit, & pascit Mortales, Numinis instar
Se gerat; haud aliter, qui regat, aptus erit
Grex populus, Princeps Pastor, Sceptrumque bacillus.

Rex ergo pascat, dirigat, atque regat.

COMMENTARIUS.

NON sine causa Pietatis, Religionis, aliarumque Virtutum Satellitum in Regibus, ac Principibus requiri, in superioribus insinuavimus; cum munus quod sustinet tale tantumque sit, ut vel Deos, vel Divinam quamdam indolem, ad perfectum sui implementum desiderare, prudens Antiquitas admonuerit, Mercurium Populorum, Hominumque Pastorem faciens, ac colens, ut in praesenti Emblemate vides, cui & prudentie, atque eloquentiae primatum deferebant, quemque alio nomine Cyllenium appellabant, à Cyllenio Arcadia monte, in quo Majan à Jove compressam, Mercurium peperisse fabulabantur, ut præter alios Virgilius (*a*) ostendit, dum ait:

Vobis Mercurius pater est, quem candida Maja,
Cylenes, gelido conceptum vertice, fudit.

2 Et hoc est, quod Platonem (*b*) mythologice scripsisse comperimus, cum dixit, fuisse tempus quoddam, quo homines à Diis regebantur, sicuti non pecudes ab hominibus, id est pastoribus, diriguntur. Quod perinde fuit ac si diceret, eos qui regnorum gubernacula tenent, tan-

(a) Virgil. 8. Aeneid.

(b) Plato lib. 6. de legib.

gregem meum, sed pascebant semetipsos, & gregem meum non pascebant. Et iterum (l). Ecce ego ipse super Pastores. Requiram gregem meum de manu illorum, & cessare faciam, ut ultra non pascant gregem meum; nec pascant amplius Pastores semetipsos, & liberabo gregem meum de ore eorum; & non erit ultra eis in escam dicit Dominus. Et per Jeremiam (m): Vx Pastoribus qui disperdunt, & dilacerant gregem pascue terrae. Ideo haec dicit Dominus Deus Israel ad Pastores, qui pascunt populum meum.

15 Extat & apud Herodotum (n) ejusdem curæ nobile monumentum in Evenio quodam, qui cum in Apollonia custodiendis oviis Soli sacris præpositus esset, suaque incuria patetur sexaginta à lupis devorari, iudicio civitatis damnatum, & oculis orbatus fuit. Ex qua historia symbolum formari posse tradit Causinus (o) ad indicandum, quanta debeat esse Christianorum Principum, Prælatorumque vigilancia, qui non modo lupos arcere, & oves alere debent. Sed etiam Senis Pastoris apud Aurelium Nemesianum (p) præceptum audire:

Te quoque non pudeat cum serus ovilia vises,
Si qua jacebit ovis partu resoluta recenti,
Hanc bumeris portare tuis. Natosque tepenti
Ferre sinu tremulos, & nondum stare probatos.

16 Quò & respiciens Rex Noster Alphonsus (q) cognomento *Sapiens*, prudentissimè monet: Que debe el Principe guardar mas la pro comunal, que la suya misma, i que la riqueza de sus vasallos es como suya. Et D. Paulus (r), in se ipso veluti designans hoc veri Regis, & Pastoris officium, de quo loquimur, inquit: Ego autem libentissime impendam, & impendar ipsa pro animabus vestris. Et Plutarchus (s) eamdem Pastorum obligationem expendens, hac Sophonis carmina de ipsis, & gregibus suis dici solere, scriptum reliquit:

Servimus his, qui jure nobis subjacent,
Ac nos gerendus sit his & tacentibus.

17 Quæ similiter in Reges aptantur, quorum munus nihil aliud esse, quam honestam quædam servitutem inferius trademus, imò & miserrimam, secundum Corsetum (t), & Joannem de Terra-Rubea (u), propter labores, & indesinenter curam, quam pro Regni, & vas-sailorum utilitatibus subire debent. Erga quos se etiam non ut Dominum, aut Tyrannum, sed ut Patremfamilias se Regem habere debere, Aristoteles (x) monuit, dum inquit: Huc enim sunt omnia reducenda, ut iis, qui sub Imperio sunt, non Tyrannum, sed Patremfamilias agere videatur, & rem non quasi Dominus, sed quasi Procurator, & Prefectus administrare, & moderate vivere, noc quod nimium est sectari.

18 Qua etiam Patris similitudine in eamdem rem usus est Seneca (y) graphicè, ut solet, boni Regis officium describens, & bonis parentibus comparans, qui objurgare liberos, nonnumquam blandè, nonnumquam minaciter solent, aliquando admonere etiam verberibus; sed tamen semper eorum saluti consulentes, suaque post illos ponentes: Quod efficit (inquit) ut Patris Patriæ nomine potius quam vanis altis titulis, quos ambitiosæ Majestati congesimus, ipsi Principes gloriari debeant.

19 Et inde consuetudo inolevit, Reges, atque Imperatores hoc Patris nomine, non secus ac Pastoris, de quo agimus, decorandi, & Brissonius (z) ex Suetonio tradit, & probat, antiquo more Principes, ubi inaugurabant, ita salutari solitos fuisse: Quod bonum faustumque sit Tibi & Nobis, Populus te in Patrem suum, & Patrie consulat. Unde modestiam Trajani celebrat Plinius, qui Senatum Patrem appellare solitus, se tanquam laboris ministrum esse dicebat. Et Claudianus (a) Honorium sic monuit:

Tu cives, Patremque geras. Tu Consue cunctis,
Nec tibi, nec tua te moveant; sed publica vota.

Quem locum ita in versus Jambicos, non minus elegantes Henricus Stephanus (b) transtulit:

Sic gerito cives, patrem ut interim geras,
Et omnibus fac consulas, sed non tibi:
Te publica danna moveant, sed non tua.

20 Et Agasides apud Plutarcum (c), cuidam ab eo sciscitanti, quo pacto posset aliquis tu-tò imperare, nullo stipatus satellitio? Respondit, si sic imperet suis, quemadmodum pater im-

pe-

(l) Idem ibid. 10.

(m) Jerem. 23. 1.

(n) Herod. lib. 9.

(o) Causin. in Polist. lib. 4. cap. 35.

(p) Nemanian. Eglog. 5.

(q) L. 19. tit. 1. part. 2.

(r) D. Paul. 12. Corint. 15.

(s) Plutarc. in vita Agis & Cleomen. in princ.

(t) Corset. de potest. & excell. Reg. 13. & 75.

(u) Terra-Rub. contra rebell. fol. 16.

(x) Aristot. lib. 3. Polit.

(y) Senec. 1. de Clem. cap. 14. latissimè Petil. lib.

1. cap. 22. & seqq.

(z) Brisson deformat. pag. 252. & seqq. Petil. de Prince.

mun. pag. 23.

(a) Claud. in 4. Cons. Honorii.

(b) Henric. Stephan. in Mus. monit. princ. carmin. 2.

(c) Plut. in Apoptr. Ribadeneira de Prince. lib. 2. cap. 19.

perat liberis. Quod dictum celebrans, & illustrans idem Plutarchus: Nemo (inquit) plura dixit unquam minore compendio, & latè in eo comprobando versatur:

21 Et utrumque munus, sive utramque appellationem Pastoris, & Patris comprehendens Camerarius (d) in suis Emblematibus, sic habet:

Rex Bonus est Pastor populi, Tutorque, Paterque,
Nec sua, sed populi commoda sola cupit.

22 Et concinit Achilles Bochius (e), Magistri etiam navis, & Medici Principibus convenire his ostendens carminibus:

Cursus Secundus ut Magistro navium,
Medico salus: Summo Duci victoria,
Ita Moderatori inclito Reipublicæ
Primum omnium beata vita civium est
Proposita: ut opibus firma semper, copiis
Prædives; ampla gloria virtuteque
Honesta sit: Namque bujus operis ter maximi
Inter homines, atque optimi, effector qui erit,
Hic ille erit Pastor Bonus, similis Deo,
Quo nemo non referre debet omnia.

23 Cum quo Emblemate consonat aliud Battili (f) Labai, sed ad nostri illustrationem prædicta tetigisse sufficiat, & præclarum illud Senecæ (g) monumentum pro coronide addere, Adverte Princeps Rempublicam non esse tuam, sed te Reipublicæ, quo etiam (ut Tacitus (h) inquit) Imperator Claudius Mitridatem instruxit: Ut non dominationem & servos, sed Rectorem & cives cogitare.

24 Etenim secundum doctrinam Aristotelis (i), Ut gubernatio Patrisfamilias est Regia quedam potestas domi: ita Regia potestas est civitatis, & gentis unius, aut plurium, quasi domestica quedam gubernatio.

25 Quod sentiens etiam Themistius (k), postquam Imperatorem Valentem admonuit, non minus pulchram suam virginam esse debere, quam hanc nostri Mercurii auream ab Homero decantatam. Ita concludit, Ob id meritò Persæ Cyrus, Patrem: Cambyses, Dominum: Darium, Cauponem nominabant. Facit vero Patrem civium Justitia: Iracundia, Dominum: Cauponem avaritia. Sola autem Divina est Patris appellatio. Nam hominum Parentem etiam Joven Poetæ nominarunt, ex duabus reliquis, illa ferarum, b.c. mancipiorum est propria. Atque is demum proculdubio magnus ille Princeps est, cuius non claudicans, aut manca, sed integra est, atque absoluta pulchritudo.

26 Ut vel hinc Reges, ac Principes discere possint, quam longè à Numinibus, & Nomibus sui muneris errant, si cum subditis suis Dii sint, vel esse debeat, ipsorum incolumentem in calamitatem convertant: cum Medici, insidias struant, & salutis loco venena propincent: Pastores, in lupos degenerent, commissumque sibi gregem excoirent, perdant, aut mactent. Patres, hostes agant, & pro pane, & ovo (ut D. Lucas (l) inquit) nihil nisi Scorpionem suis porrigit filiis.

27 Etenim, ut Cassiodoro (m) finiat: Detestabilis est quidem omnis injuria, & quicquid contra leges admittitur, justa execratione damnatur: sed malorum omnium probatur extremum, inde detimenta suspicere, unde credebant auxilia provenire. Exaggerat enim culpam in contrarium versa crudelitas, & majus reatu pondus est, inopinata deceptio. Quod etiam Rex noster Alfonsus (n), sic vertisse, vel advertisse videtur: E por esto digeron los Sabios Antiguos, que en el Mundo no habia mayor pestilencia, que recibir ome daño de aquél en que se fia. Quæ lex similes habet alias (o), qua inde horrent injurias nasci, unde jura nascuntur, & cum eis consonans Concilium Tridentinum (p), maximè nefarium esse inquit, ut inde injuriz nascantur, unde jura desiderantur; & Innocentius III. (q) id quod ad defensionis inventum est subsidium, ad depressionis dissendum retorqueri non debere. Quod his quoque verbis valde in rem nostram tendentibus, protulit Cassiodorus (r): Defensorem te itaque nostra constituit auctoritas, ut nihil venale, nihil improbum facere velis, qui tali nomine nuncuparis. Et vetus lex duodecim Tabularum ostendebat, per quam Patronus, Clienti fraudem faciens, sacer, & ignominiosus efficiebatur, ut Ego, post alios (s), alibi pluribus trado, & Virgilius (t) insinuasse videtur, dum dixit graves in inferno penas pati eos, quibus.

Pulsatusve Parens, & fraus inexta clienti.

I

EM-

(d) Camerar. Emblem. 44. cent. 2.

(e) Boch. symb. 4. pag. 13.

(f) Battil. Emblem. 119.

(g) Senec. 1. de Clem. cap. 14. latissimè Petil. lib.

(h) Tacit. 12. Annal.

(i) Arist. 3. Pol. cap. 11.

(k) Themist. orat. 5.

(l) Luc. 11. 12.

(m) Cassiod. lib. 4. epist. 27.

(n) L. 3. tit. 19. part. 2.

(o) L. meminierint, C. unde vi, l. 1. in fin. C. de his qui ven. l. 16. C. de testam. cum aliis.

(p) Trident. sess. 24. de reform. matr. cap. 9.

(q) Innocent. III. in cap. pan. de panis.

(r) Cassiod. lib. 7. variar. epist. 11.

(s) Ego post Gail. Borrellum, & alios plura ad hoc propositum congerens in Meo 2. tom. de Indiar. gubernat. lib. 2. cap. 24. num. 68. & seqq.

(t) Virgil. Aeneid. 6.